



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Mysticvm Heliotropivm Hoc Est Selectæ Indvstriæ Ad Unionem Cum Deo consequendam

Gianotti, Alfonso

Ingolstadii, 1658

Considerationes practicæ circa prædictas Proprietates.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51801](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51801)

quam videt, omnem strepitum, quem audit &c. imaginatur sibi suum Dilectum esse; accurrit proinde, & indagat an ipse sit.

49. Vehementer recreatur, si ei dicatur, Dilectum recordari ipsius, de ipsâ loqui, toto cordis affectu amare &c.

50. Verus amor spiritualis non æmulatur, sed incredibili gaudio perfunditur, si ab omnibus ametur, & omnes amet Dilectus; omnibus benefaciat, hoc vnicè desiderat, hoc efflagitat & procurat Anima vera amans.

PRIMA PRAXIS PRÆCEDENTIUM ACTUUM

& proprietatum Amoris.

Primò considera, quantà cum perfectione precedentes actus cum Divinitate & Humanitate Christi

Christi semper compatibles, exerciti fuerint & jam nunc exerceantur à Domino Deo ergà homines, & nominatim erga me; & inde sume occasionem eliciendorum affectuum, congratulandi scilicet Bonitati **DEI**, Gratias agendi, laudandi & desiderandi, ut omnes illi pro beneficijs, quæ in se collata agnoscunt, quod possunt, rependant.

2. Considera, quantâ cum perfectione prædicti actus exerciti fuerint à Sanctis præsertim ferventioribus, nempe à **I E S U**, à B. Virgine, à S. Maria Magdalena, à Sanctis Francisco Seraphico & Xaverio, &c. erga **DOMINUM DEVM**. Exercebis & tu
prop-

propterea affectus complacentie
una cum DEO tuo & Sanctis; af-
fectus desiderij, ut illos cum
alijs imitari studeamus: & offerat
in hunc finem dictos affectus, à Sanctis
elicitos, Domino DEO, per manus
eorundem Sanctorum &c.

3. Considera, quàm perfectè
exerceant suprà dictos affectus Ma-
tres erga filios suos, Sponsa erga
Sponsos suos, Amicus & Socius
erga familiarem suum, & (qui
pejus est) turpis amator erga illam
quàm amando turpiter deperit.
ex hoc confundaris tam proprie
quàm aliorum (qui se divini
sequio manciparunt) nomine
ad placendum summa & soli Pa-
tristatuti & Bonitati, & ad
lecturam

lectandum Deum aeternum, infinitum bonorum nostraque Beatitudinis Thesaurum, non faciamus illud, quod amor Naturalis in Matribus & Sponsis, quod amor Moralis in Amicis, & Diabolicus in turpiter amantibus efficere potest; condole denique DEO, quod non ametur perfectius, & in amando, foetenti cadaveri postponatur &c.

4. Considera & examina quid hac in parte à te actum sit, & quàm multos ex prioribus actibus exercueris erga Parentes, Amicos &c. & forsàn non bono fine, cum tamen in servitio divino nec mediam partem similitum actuum elicueris, neque alicam intentione tantòque affectu

Actu

Et amare studueris, quanto amāb
creaturas, & propriā damnatio-
nem procurāsti. Ex quo orietur
confusio, examen, oratio, propo-
sita emendationis, ac fervoris ad
reparandum honorem DEI, &
damnum animæ compensandum.

5. Expediit sapiens relegere su-
prā positos actus Amoris, & vni-
post alium per diem exercere, at-
tento animo se in ijs detinendo, &
cogitando, futurum ut actus illi
eodem die ab innumeris creaturis
ad declarandū erga alios affectū
eliciatur, aut exiguo cum fructu
aut magno cum detrimento: Et
ego illum erga Deum meum
præsentem exercere intermit-
tam, cum ipsi totique Cælo
ita

ita perplaceat, & proprium.
meritum augeat?

6. Eodem modo considera, quæ
parum amabilissimum Deum no-
strum amemus; ac propterea con-
fundi animo & erubescere debe-
mus ob defectus præteritos, anima-
re nos, omnemque conatum adhi-
bere in exercitio prædictorū actuum
se perficiendi; simulque indefinen-
ter ab eodem Domino Deo petere
huiusmodi actuum fontem, qui est
vera Charitas & Amor erga di-
vinam ipsius Maiestatem, quique
est verè summum & maximum
donum Liberalitatis divinæ, quod
per suam Bonitatem abundan-
ter omnibus concedere
dignetur.

SE.

SECUNDA PRACTICA

Charitatis.

Secunda praxis valde proficiat
erit, si quis supra positos affectus
Amoris in exercitium alienigenarum
actionis & molestia propter Deum
tolerata deducat, vel in affectum
orationem ad presentem amabilem
simum Dominum Deum fundenda
dam convertat, desiderans hoc facere
cere eo sensu & affectu, quo An-
gela Beata, Beatiq[ue] Spiritus
Cælo & in Terra faciunt, & a-
suescens interdum non solum tempore
re Orationis in templo, aut quam
privata tua devotioni vacas, sed
si nihil aliud ageres, quam similibus
affectibus ex imo ac serio corde
profectis te detinere, optimam

hand dubiè orationem institueres) sed etiam inter studendum, laborandum, tractanda negotia, inter ambulandum, vel aliud quodcumque peragendum sapè elevare mentem ad Deum tuum amantissimò, & presentem Patrem, dirigendo ad illum varias preces jaculatorias aliquam suprà dictarum proprietatum, Amoris DEI, exprimentes; in quem fines, & Exempli gratià, pro nunc satis mihi erit suggerere tibi sequentes aspiratiunculas, exprimentes suprà positos priores actus Amoris, quos utiliter oportebit attentè, tardè ac devotè recitare Orationis, Missæ, Communionis, & aliarum actionum tuarum tempore.

O ACTUS